

Stephanus Galdeti

De mereri

Editor: Florina Hariga

work in progress

26.06.2026

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

|| 11 fol. Cum feceritis omnia que precepta sunt vobis dicite, quia P1 71r
servi inutiles estis. **De mereri** requiritur

Esse meriti duplicem habet aspectum dignitatis ad premium. Primus
est dignitatis extrinsece, puta divine ordinationis sive legis, Esth. 12
5 *hic honore dignus est* etc. Alter est respectus dignitatis intrinsece, puta
quod sic merens habeat aliquantulum esse vel agere unde consurgat talis
intrinseca dignitas ad premium secundum iustitiam commutativam iste
dignitates differunt, quia prima est actualis, si lex sit absoluta, secunda
aptitudinalis. Prima sine secunda sufficit aliter non posset dici quomodo
10 Christus meruit sanctis Patribus remissionem peccati, cum enim esse
meriti sit prius. Aliquod premium conferri per tale meritum Christus
ab eterno convenit aliquod esse meriti per quod antequam esset in esse
humano meruit premium ex sola lege extrinseca dante dignitatem Apoc.
10 *Ihesus agnus qui occisus est ab origine mundi*, || id est sua passio P2 117r
15 futura fuit grata ad premium ab origine mundi.

Ex prima dignitate necessario consurgit esse meriti, ex secunda non.
Stat enim hominem quantumlibet esse perfectum supernaturaliter et
tamen non habere esse meriti vel actualis imputationis ad premium, ideo
ultra illam oportet esse aliam in merente, puta legis conditionate ex qua
20 posita conditione et huius humilitate intrinseca consurgit esse meriti,
verbi gratia si Deus promittat Sorti quod si faciat A actum habebit
B premium, tunc ad hoc quod agere Sortis sit meritum B premii
non solum requiritur quod in actu sit intrinseca bonitas et humilitas
ad B premium, sed ultra hoc requiritur imputatio actualis. Hoc autem
25 consurgit ex inplezione divine legis date etc.

Ex hiis patet mereri dici equivoce, est enim quodam mereri necessario
consurgens ex absoluta lege superioris.

Quod dicendam mereri consurgens ex imputabilitate et opere cum
inplezione legis conditionate.

30 Mereri primo modo sic describitur: mereri est personam actu inputari
vel dignificari ad premium dignitate actuali necessario consurgente ex
lege absoluta presentis vel potestatem habentis.

Mereri secundo modo est personam habere esse vel agere inputabile
intrinsece ad premium cum concursu legis conditionate imperaretur et
35 sic non uno modo sed diversimode mereri capitur.

1 11 fol.] 11 fol. *add. in marg. P1* ; 10 a. c. *P1* 2 inutiles estis] Ripa ut
patet ex tabula precedente pag. 100 *add. in marg. a. m. P2* de mereri requiritur]
om. P2 5 respectus] respectus p. c. *P1* 12 convenit] p. c. *P1* 13 sola]
a *add. sed del. P2* 16-24 ex prima dignitate — requiritur imputatio actualis]
quid requiritur ad esse meriti *add. in marg. P1*

Sed est hic dubium que sit ista imputabilitas intrinseca in merente per quam est dignus aptitudinaliter premio.

Secundum dubium qualiter stat quod pro eodem instanti aliquis sit dignus premio dignitate legis divine et tamen sit reprobis.

5 Pro primo dicit hic doctor in re meritoria vel merito esse tantam bonitatem quanta est bonitas premii iuxta modum iustitie commutative. Iustitia enim commutativa exigit tantam bonitatem saltem intensive in uno extremo suo modo, sicut est in alio potest declarari.

10 Nisi enim in merito esset tanta bonitas quod sufficienter esset commutabile in premium sua bonitas vel valor non diceretur mereri premium. Unde aliud est dicere quod Deus Sortem gratificet ad premium et aliud est dicere quod Sortem gratificet || pro A actu ad premium. Ad primum enim sufficit sola gratificatio legis divine extrinsece. Ad secundum requiritur bonitas in A actu unde sit imputabilitas ad tantum
15 premium et commutabilitas in premium tantum.

P2 117v

Item lex extrinseca non dat imputationem intrinsecam operi sed solum actualem imputationem, igitur, sicut deducta lege opus minus bonum non est commutabile in tantum premium ita nec lege posita. Confirmatur, quia negetur per dicta de lege eterna a GREGORIO prius est
20 in re meritoria gradus certus inputabilitatis quam de facto inputetur, et per consequens ex lege res illa non res illa non redditur minus meritoria.

Item si ratione legis stet tale meritum vel esse meriti commutari iuste in premium tunc quantumlibet remissum meritum staret commutabiliter iuste secundum iustitiam commutativam in quantumlibet premium quod
25 non videtur.

Item tunc existens in peccato mortali posset alico actu mereri primam gratiam supposito quod actus talis non procedat a gratia. Patet Deo statuente se conferre gratiam cuilibet habenti talem actum iuxta illud *quacumque hora ingenuerit peccator etc.*

30 Et sic de actu naturali vel inducti et forsan male facto saltem veniatur aut arguitur.

Unde infert quod quilibet actus ex puris naturalibus elicited haberet sufficientem inputabilitatem et sufficientem bonitatem ad esse meriti

3-4 secundum dubium — reprobis | secundo dubia *add. in marg. P1* 5-8 pro primo — declarari | contra de eternitate *add. in marg. P1* 8 in alio | nisi est *add. sed del. P1* 13 divine | *sup. lin. P1* 14 unde sit | *sup. lin. P1* 19 negetur — a Gregorio | *in marg. P1* 26 alico actu | *sup. lin. P1* 28 cuilibet | *sup. lin. P1* 30-31 et sic — arguitur | et Bredwardino De causa Dei *add. in marg. P1* 30 naturali vel | *sup. lin. P1* 2/32-3/2 unde — frustra | verte supra *add. in marg. P1* 32 elicited | est *add. sed del. P1*

respectu quantumlibet intensi premii et sic dona supernaturalia essent frustra. Ex dictis ad primum dubium de intrinseca dignitate meriti inflic it sic dicentem ad summum propositum et finale intentum alica.

Primum, quod nullam agere creature ex puris naturalibus procedens
 5 est alico modo imputabile intrinsece ad premium beatificum et per Dei omnipotentiam.

Secundum, quod nec aliquod esse essentielle actuale actuativum creature naturaliter est sic intrinsece imputabile ad premium huius.

Tertio, quod per nullum donum supernaturale creabile potest
 10 creatura rationalis mereri sic imputabiliter quantumlibet remissum beatificum premium tamen ut || supposito ex aliis sola divina essentia possit esse huius beatificum premium. P2 118r

Ex hiis infertur quod ad sic mereri necessario requiritur donum increatum intrinsecum supernaturale mentem supernaturaliter elevans
 15 et disponens per modum meriti commutativi vel commutabilis etc., supra totam facultatem nature creabilis et hic modus suus ponendi de Spiritu Sancto quod sit gratia formalis anime etc. Patet ex modo dicendi eiusdem de premio beatifico etc., scilicet de divina essentia que ab ipso ponitur formale premium beatificum.

20 || formalis illas sub seu presentiam non solum efficacius etc. P1 71v

Aliud dubium fuit de prescito quomodo meretur. Dicitur quod si sit aliquis prescitus, puta Sors qui in hoc instanti eliciat A actum ex caritate, quod talis est dignus premio tam dignitate intrinseca operis quam extrinseca legis conditionate implere.

25 Unde licet Deus efficaciter nolit quod Sortes habet premium beatificum tamen vult Sortem esse dignum illo premio utraque dignitate. Nec ista repugnant, sicut enim aliud est Sortem humanum esse. Premium aliud est ipsum esse dignum huiusmodi premio et econtra. Ita aliud est Deum velle primum aliud velle, secundum et utraque stat esse volitum
 30 sine altero.

Sed hic est instantia nam omnis volutio divina et preordinatio ad premium est gratificatio ad dictum premium. Aliter non diceret APOSTOLUS: quod Deus gratificavit nos in dilecto Filio suo ante mundi constitutionem.

35 Hic dicitur quod gratificatio illa de qua loquitur APOSTOLUS non est preordinatio illa eterna qua Deus voluit eternaliter electis dare premium,

3 sic dicentem] *sup. lin. P1* 9 tertio] tertium P2 17 Sancto] facto
 add. sed del. P1 19 beatificum] ad dubium add. sed del. P2 25-30 unde
 licet — altero] non pro voluntate Dei supra add. in marg. P1

quia illa non est denominatio denominans personam gratam nisi solum obiective et passive.

Sed ista gratificatio per modum meriti que quodammodo se habet active est illa gratificatio de qua loquitur APOSTOLUS et de qua dictum est meritum Christi esse eternum. Et est eterna preacceptatio passus Christi non solum per modum volutionis beneplaciti, sed per modum legis et eterni statuti. Et secundum hanc Deus gratificavit nos eternaliter cum dilecto Filio suo quoniam Christi passionem eternaliter acceptat per modum meriti in || redemptionem omnium electorum efficaciter et aliorum sufficienter et ideo dictum est supra: *Ihesus agnus qui occisus est ab origine mundi*. Hec de primo articulo.

P2 118v

~~(Secundus articulus nunquid necessario ex actuazione intrinseca Spiritus Sancti consurgat in mente gratificatio ad premium beatificum.~~

~~Conclusio prima quod necessario consurgat dignitas aptitudinalis nam consurgit tanta bonitas in esse meriti etc.~~

~~Secunda ex nulla tali actuazione intrinseca consurgit necessario dignitas actualis. Ex quo sequitur tertia quod stat voluntatem quantumlibet intense.~~

~~Quarta ex nulla tali actuazione necessario consurgit dignitas ad quodcumque premium distinctum a tali actuazione.~~

~~Utrum stet simul mentem gratificari per utrumque donum. Conclusio prima quoad hos terminos sunt distincte mutationes. Secunda quod non sunt impossibiles. Tertia quod sunt compossibiles simul. Quarta quod de facto ita est.~~

~~Sed an sint separabiles. Prima conclusio quod omnes divine essentie causalitas sive per formalem formationem, sive immutabilitatem est simpliciter independens a creatura. Ex quo patet secunda quod possibile est Spiritus Sanctus mentem creatam gratificare absque caritate creata.~~

~~Tertia ex actuazione voluntatis per caritatem increatam non necessario sequitur actuatio qualitercumque creatam. Quarta per solam caritatem increatam eque intrinsece actuatur mens, sicut ambarum. Quinta si stante increata sub eodem gradu actuationis etc, subtrahentia increata nichil detraheretur menti vel nullo modo remmitteretur imputabilitas in esse meriti. Sexta nec quoad esse, nec~~

3 sed] est *add. sed del. P1* 11 hec — articulo] *om. P2* 4/12—
 5/16 secundus articulus — obmittuntur] *vacat add. P1* 12–13 secundus —
 beatificum] *sic actuazione et nunquam premiari add. in marg. P1* 12 secundus
 articulus] *de sequentibus discutiendo cape add. in marg. P1* necessario] *sup. lin.*
P1 16 necessario] *sup. lin. P1* 19 necessario] *sup. lin. P1* 21 utrum]
 tertius articulus *add. in marg. P1* 30 creatam] *p. c. P1* 34 quoad esse]
 meriti *add. sed del. P1*

quoad supernaturaliter elevari, nec quoad habitualiter Deum diligere seu posse mereri subtractio caritatis create minuunt perfectionem voluntatis create stante semper eadem etc. Septima possibile est increatam sine creata actuare etc.. Octava non est possibile econverso.

Quantum dubium que actualiter sit prior secundum naturam. Nota triplicem effectum sanctificationis. Remissio culpe habitualis conversio ad Deum, gratificatio intrinseca ad premium. Prima conclusio in omni tali sanctificatione prius concurrat Spiritum Sanctum per formalem illapsum quam per donum creatum.

Ex quo patet quod prius Spiritus Sanctus formaliter illabi menti etc. Tertio sequitur quod secundum quemlibet tertium effectum prius est Spiritum Sanctum sanctificare etc.

Quarto quod sola caritas creata sufficit ad remissionem culpe. Quinta per solam increatam sufficienter convertitur creatura rationalis in finem ultimum. Sexto in tertium effectum non sufficit caritas creata.

Multa de hiis ponit que obmittuntur.

|| quid est de possibilitate merendi iuxta dicta huius

P1 72r

Utrum sit possibile voluntatem creatam acceptari ad premium beatificum sine dono supernaturali infuso creato vel increato. Primus articulus utrum per solam gratificationem extrinsecam legis divine stet voluntatem creatam ad premium acceptari. Notandum quod lex divina potest sumi duobus modis, sicut gratificatio et acceptatio per talem legem. Est enim quedam lex eternaliter absoluta secundum quam Deus aliquem acceptat simpliciter ad vitam eternam. Et est alia secundum quam Deus conditionate acceptat, ut pote, si habeat caritatem et eodem modo ipsius agere si procedat ex caritate.

Prima conclusio: alica est legis divine absoluta gratificatio et eterna. Patet de gratificatione Christi que fuit eterna.

Secunda: non quilibet legis absolute gratificatio est eterna, nam aliquis potest noviter confirmari in gratia.

Tertia: sola prima gratificatio est sufficiens gratificatio creature in esse meriti, ut dictum est de Christo.

Quarta: nulla gratificatio legis conditionate potest esse sufficiens creature gratificatio per modum meriti, nam omnis talis existit novam imputabilitatem in promerente.

1 habitualiter] *dub. P1* 4 etc.] *sup. lin. P1 ; iter. P1* econverso] hec recitantur quia caritas increata non plus dignificat nisi ut posuit Bredwardinus de merito Christi *add. in marg. P1* 6 culpe] *p. c. P1* 10 menti] *p. c. P1* 17 quid est] 12 *add. in marg. P1* 18 utrum] quid est posse mereri *add. in marg. sed del. P1* 19 increato] Ripa *add. in marg. a. m. P2* 35 imputabilitatem in promerente] *sup. lin. P1*

Quinta conclusio: non stat aliquem noviter acceptari ad aliquod premium ex sola gratificatione legis conditionate, nam noviter acceptatur quis cum huius conditio noviter adimpletur.

5 Sexta: non stat aliquem noviter acceptari ad premium sine nova intrinseca imputabilitate in se vel in altero. Ex hiis ad quesitum.

Sed dubium utrum ex lege conditionata nondum repleta possit consurgere gratificatio absoluta. Verbi gratia Sortes est prescitus et est in gratia nunquid est absolute dignus vita eterna. Dicitur quod sit ad istum sensum, quia est in statu in quo si decederet esset dignus vita eterna. Contra, nam tunc ipsum esse dignum dependet ex alica
10 conditione implenda || contingenter, igitur contingens est ipsum esse perseveratum conceditur. Aliter tamen dicit ut supra tactum est quod est tali lege potest consurgere gratificatio qua ille est gratus absolute ut sit dignus vita eterna ut habeat illam. Nam et hec multum distinguuntur,
15 ut patet satis.

P2 119r

Utrum quodlibet agere voluntatis circumscripta omni intrinseca imputabilitate sit ad premium acceptabile.

Prima conclusio: non quodlibet agere liberum voluntatis est ad premium beatificum acceptabile. Patet de difformiter agere.

20 Secunda: nullum agere pure naturale voluntatis est ad premium beatificum acceptabile non solum de potentia ordinata, ymo nec de absoluta seu de plenitudine potestatis divine vocatur hic agere naturali, quod procedat a voluntate subducto omni dono supernaturali. Patet, nam ad hoc quod agere sit meritorium requiritur quod habeat
25 intrinsecam imputabilitatem ex bonitate aliqua.

Tertia: nullum agere ex dono supernaturali creato proveniens cum concursu voluntatis est ad premium imputabile loquendo semper de premio beatifico.

30 Quarta: stat aliquod agere eternaliter habere solam extrinsecam imputationem legis ad premium. Patet de Christi merito.

Utrum solum agere ex caritate increata procedens sit ad premium beatificum acceptabile. Deducit qualiter Spiritus Sanctus est voluntati

1 quinta conclusio] de Christo aliter dicit Bredwardinus *add. in marg. P1*
4 acceptari] *sn add. sed del. P1* 5 imputabilitate] *coni. P1* hiis ad
quesitum] *sup. lin. P1* 6–15 sed dubium — ut patet satis] dubium vel motum
de prescito *add. in marg. P1* 9 in²] *q add. sed del. P2* 10 ex alica] *ex aliqua*
add. sup. lin. P2 14 vita eterna] *nam non add. sed del. P1* 16–17 utrum
quodlibet — acceptabile] *quare non potest Deus aliter libere velle dare pro tali etc.*
add. in marg. P1 20 pure] *naturalis add. sed del. P2* 21 ordinata] *p. c.*
sup. lin. P1 ; *ab a. c. P1* 26 tertia] *tertium sed coni. P1* 27–28 de premio
beatifico] *sup. lin. P1* 31 utrum] *hoc ideo est add. in marg. P1* ; *quia posuit*
esentiam divinam etc. add. in marg. P1 32 deducit] *tale add. sed del. P1*

formale posse et habituale ad diligendum, et non solum in genere cause efficientis, et multa de hoc que obmittuntur.

Quod quodlibet tale agere a tali posse et habitu procedens est immense bene agere et infinite imputabile etc. Quod est causa immensum
 5 in esse meriti, ut premium beatificum in esse premii. Quod nullum aliud agere nisi ex concursu huius habitus est aliquo modo imputabile etc. Patet ex hiis responsio ad quesitum pro quo ponitur conclusio.

Quod solus actus procedens ex caritate increata etc., et nullus alius. Ex hiis patet quomodo licet aliquis existens in puris naturalibus possit
 10 acceptari ad vitam eternam de potentia Dei absoluta, tamen impossibile est quod quis ex puris naturalibus mereatur. Nam ad gratificationem persone sufficit sola lex intrinseca. Ad hoc || autem quod tale agere acceptetur requiritur quod habeat intrinsecam imputabilitatem quoniam
 15 ipsum non est gratificabile formaliter, sed reddit personam gratificabilem, ut quedam dispositio Dei foris. Super hiis multa tangit que obmitto.

P2 119v

Hec de quidditate et possibilitate merendi vitam eternam.

|| Ex predictis aliqua ad propositum colligenda vel predictis aliqua
 sunt addenda.

P1 72v

De intrinseca imputabilitate actus ad meritum possent videri
 20 probabiliter alicui quod non sit alica circumstantia positiva vel circumstantie, sed est non repugnantia quedam, sicut potentia observabilis creaturarum ad receptionem formarum et non ei naturali ad esse, secundum istum doctorem.

Unde non est aliud vel ab alio quam a Deo posse illum acceptare vel
 25 inputare ad premium et tunc omnis actus et solus ille est imputabilis aptitudinaliter quem Deus potest sic inputare.

Potest aut, ut videtur, omnem talem actum ex sua libertate et omnipotentia sic acceptare. De quo non repugnat sue summe bonitati aut iustissime equitati aut alteri eius essentiali perfectioni a potentia et sic
 30 videtur possibile de omni actu non deformi eterne legi sue prime regule. Et sic talis deformitas est causa quare repugnat imputari talem actum. Et conformitas opposita per consequens causa imputabilitatis. Et forsitan quod ista est magis dicendi causa talis imputabilitatis quamvis non sit causa equalis valoris commutabilis secundum iustitiam commutativam
 35 in premium quam privatio create vel increate caritatis per modum forme

12 intrinseca] *coni. P1* ; extrinseca P2 16 eternam] illa *add. sed del. P1* 22–23 et non ei naturali ad esse] *sup. lin. P1* 28 sic] *sup. lin. P1*
 33 dicendi] con *add. sed del. P1* 35 per] *p. c. P1*

habitualis.

Nam ut videtur probabiliter talis circumstantia quamvis faceret ad speciem naturalis bonitatis, non tamen ad esse merito bonitatis moralis plusquam divinus concursus specialis vel generalis in genere
5 cause efficientis vel principiatio divini suppositi assumptis.

Nam talis bonitas non est libera ipsi voluntati, nec alico modo a voluntate et sic non videtur sibi debere imputari.

Et ista est causa que communiter assignatur quare viator non potest mereri de condigno quamvis possit demereri, quia esto quod equalem
10 bonitatem et infinitam extrinsece possit habere in actu suo bono, sicut malitiam in malo. Non tamen tantam in ratione meriti eo quod talis bonitas non est tanta || in esse meriti ut bonitate, eo quod a voluntate non est talis gradus bonitatis, nec sibi debet imputari, malitia vero bene.

P2 120r

Sed iuxta hoc videtur quod cum divina acceptatio non sit circumstantia libera voluntate, nec ab ipsa quod ipsa non daret rationem meriti ipsi actui. Dicitur quod divina acceptatio est de circumstantiis ex parte premiantis. Posset dici quod ipsa divini acceptatio est libera ipsi Deo et est totalis ratio meriti quamvis divinus concursus aut caritatis
20 create vel increate non sic fuit ratio meriti etc. Considera circa hec et similia.

Ex principiatione Spiritus Sancti ut forme habitualis nulla laudabilitas in nobis videtur provenire cum de hiis que non sunt in nostra potestate, nec ex nobis, nec laudemur, nec vituperemur, licet
25 forsan actui si sibi per se laudabilitas conveniret. Confirmatur nam nec istam abstractivam experimur, ymo multi non credunt, ymo credunt impossibilem.

Imputabilitas actus cum sit quedam passiva possibilitas ab aliqua activa est et sic a divina potentia sive posse nam omnis potentia a Deo
30 est etc., tamen actualis imputatio actus est ab actuali Dei velle de hoc supra et infra.

3–4 bonitatis moralis] *sup. lin. P1* **4** moralis] *plu add. sed del. P2*
specialis vel generalis] *sup. lin. P1* **5 vel principiatio — assumptis] *sup. lin. P1*
13 bonitatis] *sed malu add. sed del. P1***